

B. M. II, 129.  
h. 33, 1.

(X1880699)



DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
AUGUSTISSIMO JUDICIO  
AULICO-CÆSAREO;

QUAM,  
PRÆSIDENTE JEHOVA,  
DECRETO ET AVTORITATE  
MAGNIFICI ATQUE EXCELLENTISSIMI  
JCTORUM ORDINIS  
IN FLORENTISSIMA ARGENTORATENSIVM  
UNIVERSITATE.

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN UTROQUE  
JURE HONORIBUS ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBUS  
SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI  
AD DIEM XXVII. FEBRUAR. INSTITUENDO  
SUBMITTIT

JOH. PHILIPPUS Scheffer /  
Campidonensis.



ARGENTORATI,  
Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII,  
Imprimebat JOHANNES Schütz.  
Anno M. DC. LXXI.

*de Augustissimo Judiois aulico Cæsareo*  
*Vol. XXIII. 37.*

V. 8







*Benevolo & Candido Lectori Salutem!*



Emestre ferè est, B. L. ex quo ex-  
antlatis, per Dei gratiam, consuetis in  
Utroque Jure Examinibus, & impetra-  
tâ, à Magnifico Inclytæ huius Acade-  
miæ Jctorum Collegio, Disputatio-  
nem Inauguralem ad obtinendos Ho-  
nores Doctores, conscribendi Licentiâ; pro Causis  
Augustissimo Judicio Aulico-Cæsareo Reservatis, con-  
tra novatores quosdam, easdem dicacis linguæ lasciviâ,  
& petulanti calami crenâ insulsè perstringere ac ca-  
villari ausos, vindicias, juvenili quidem, ast apud bonos  
veniam merito conatu, meditabar. Sed scribenti  
jam accogitata pro ingenioli viribus in chartam con-  
jicienti, en! alia vitæ ratio, & forensia negotia, ad quæ  
tractanda præter opinionem avocabar; excussere cala-  
mum; quæ etiam ad eò hætenus me districtum te-  
nuère, ut de cœpto ad umbilicum perducendo, omnem  
cogitationem in aliud planè tempus differre; ac in-  
terea paucula hæcce, ex amplissimâ materiâ, ad consi-  
lium Academicæ disquisitionis implendum *avrogediws*  
excerpendo, Patronorum jussibus, quibus refragari  
religio erat, debito obsequii cultu morem gerere fue-  
rim coactus. Conatui solum, (ultra enim progredi  
non licuit) ut faveas, Tu quisquis es B. L. & facilitati  
in errando, æquanimitate excusandi respondeas, etiam  
atque etiam rogo!

CAP. I.

*De Denominatione ac Descriptione Judicii  
Aulico - Cæsarei.*

I. **A**ugustissimum hocce Dicasterium, vel simpliciter *Aula Cæsarea* nomine venire, vel communi *Judicii Aulici* appellatione designari, nonnunquam *Senatum Imperii Aulicum*, vel *Consilium Cæsaris Aulicum*, Germanis *Kaiserlicher Reichs Hoff Rath* (forsan, quod in magni momenti negotiis sententiam suam suspendendo, rem cum voto aut consilio, mit einem *Gutachten* / ad Cæsarem referre soleat,) stylo tam *curiali*, quam *vulgari*, nuncupari animadvertas. Vid. *Instrum. Pac. art. V. §. 20. vers. quoad Processum. Capitul. Inviçtiss. LEOPOLDI art. 18. R. H. D. de Anno 1654. in præf. & passim.*

II. *Aulicum* vocatur ab *Aulâ Cæsaris*, quam uti olim ferè semper sequebatur, vid. *Spec. Suevic. part. 1. c. 13. & Saxon. lib. 3. art. 60.* Ita & hodie Cæsarem, quocunque locorum residendi animo vadit, comitari patet ex *R. H. D. Tit. 1. §. alle diese. 4. ibi Und unsern Kaiserl. Hoff je und allezeit / welcher Orten derselbe gehalten wird / nachfolgen.* Quod tamen non præcisè necessarium, sed in Cæsaris arbitrio positum esse, exempla, ubi *Senatus Aulicus* diverso ab *Aulâ Cæsaris*, non tamen longè distante habebatur loco, aliis jamdum annotata edocere possunt.

III. Denominatur *Cæsareum* à Cæsare quem repræsentat, cujusque nomine jus dicit, *R. H. D. Tit. 1. §. 1. & §. 16. ibi in unserm Nahmen und an unser Statt; Imperiale verò à causis, quæ ibi ventilantur, & Principes ac Status; totumq; haud rarò Imperium concernere solent. R. H. D. Tit. 2. §. 1. ibi: Alle und jede Sachen das H. Römische Reich / desselben Hoçheit / Recht und Herrlichkeit &c.*

IV. Describi potest, quod sit *Collegium Præsidis & Consiliariorum, nomine Cæsaris in ejusdem Aulâ, de causis ad Imperium pertinentibus, jus dicentium.*

CAP.

## CAP. II.

*De Origine Judicii Aulici, ejusq;  
Progressu.*

I. **O** riginem ejusdem antiquissimam esse innuit FERDIN. III in præfat. der R. H. D. ibi von unfürdencklichen Jahren. Non absurde illa deduci posse videtur ab institutis Caroli M. ac subsequentium Carolinæ propaginis Imp. quos aut ipsos exigente negotii gravitate, aut per Comitem Palatii, causarum ad Regium tribunal delatarum cognitioni vacasse, ex Capit. Franc. Lib. 3. c. 77. & Hincmar, c. 19. & 21. tradit Lehman. Chron. Spir. lib. 2. cap. 9.

II. Subsequentium aliquot seculorum decursu, quæ ejus fuerint fata, liquidò, silente Historiâ, tradi vix potest. Sanè toto *Seculo XIII. & XIV.* unum tantum eidem præfuisse Judicem, & unum Actuarium vel Scribam certum est, quorum officium exponunt *Constitut. Frideric. II. An. 1236. cap. 24. ap. Goldast. Statut. & Rescript. Imp. Tom. 1. pag. 84. Edict. Rudolph. I. ap. Lehman. Chron. Spir. Lib. 5. c. 108. Edict. Albert. I. apud Goldast. part. 2. der Reichsstatuten pag. 27.* manifesto, causas non tantâ quâ olim multitudine eò adductas fuisse, indicio.

III. Donec *Seculo XV.* ordine judiciario in universum à pristino multum immutato, litium ac appellationum insolita frequentia Cæsares non solum ad Assessores causarumque Patronos majori numero hoc in Judicium adsciscendos, sed & ad novum quoddam ac fixum Germaniæ tribunal constituendum *Anno 1495.* induxit.

IV. Quin imò, erectâ licet, ac in communionem laborum assumptâ Imperiali Camerâ, Imperatores tamen in Jure, per *Consistorium* hocce *Aulicum* in Imperio reddendo non cessasse ostendunt. R. A. zu Cölln de Anno 1512. §. zum dritten 8. R. A. zu Regensp. de Anno 1546. §. Als aber. 9. Passauische Vertrag. §. Demnach soll die Erledigung. & latius deducit Tobias Paurmeister. de *Jurisdic. Imper. Rom. Lib. 2. c. 6. passim & in primis. n. 120. & seqq.*

*De Legibus Iudicii Aulici.*

I. **L**Eges Iudicio huic præscriptæ, sunt vel *eidem propriæ*, vel *aliis quoq; Iudiciis communes*. *Propriæ* sunt *Ordinationes Aulicæ* Die Reichs-Hofraths Ordnungen. ubi dispiciendum, 1. *quot & quales*. 2. *Quo Legislatore fuerint sancitæ?* Prius quod attinet, non nisi tres hæctenus viderunt lucem. *Prima* est FERDINANDI I. Anno 1559. d. 3. Aprilis Augustæ Vindelicorum promulgata. Duobus postea decretis, (quorum *primum* de Anno 1591. die 8. Octobris immediatam Imperii Nobilitatem, daß dieselbe in Erkennung der Proceßsen in acht genommen werden solle/ concernit : *secundum* de Anno 1596. die 1. Julii de Commissionum abusu rescando, & privilegiis primæ instantiæ strictè observandis tractat;) à RUDOLPHO II. aucta. Quod tamen vulgò MAXIMILIANO II. ad an. 1596. adscribi videas, *errore crasso ac manifesto*, cùm Maximilianum II. jam dum anno 1576. die 12. Octobris fati concessisse, & augmentum illud nemini hæctenus visum, nedum in lucem productum fuisse cerum sit. Exhibet hanc *Ordinationem* cum *Decretis* Lehman. *Lib. 1. Der Reichshandlungen vom Religions-Frieden cap. 37. pag. 146. & seqq.*

II. *Secunda* est MATTHIÆ. ab Electore Moguntino communicata Statibus Anno 1614. mense Augusto. Revisa, & notis marginalibus additis correctæ in *Conventu Norimbergensi die 10. Februar. Anno 1615*. Nunquam tamen, ob Ferdinandæam semper usu prævalentem, in observantiam deducta; uti docet *Resolut. Cesarea ad monita Electorum 15. April. anno 1637. §. Schließlichen & R. H. D. de anno 1654. in præfat. solius Ferdinandæe mentionem faciens*. Tenorem ejusdem prout concepta, videre licet apud Lehman. *dict. lib. 1. c. 38. p. 156. & seqq.* & annotata *Correspondentium Norimbergæ congregatorum ad eandem, apud Limn. J. P. lib. 9. c. 4. num. 34.*

III. *Tertia* est FERDINANDI III. tempore Comitum Ratisponensium anno 1654. conscripta ac die 16. Martii publici Juris facta; Ad quam strictissimè observandam non solum

*Iudiciis*

*Judicii Aulici Assessores, sed etiam Residentes ac Agentes, tam ordinarios quam extraordinarios devinctos esse, docet R. H. D. Tit. 7. sub Rubr. Furamentum des Reichs Hoff-Raths & S. Und hierauff so befehlen wir. 15. & S. Da auch ein Churfürst. 7. Habetur hæc apud Limn. Tom. 2. Addit lib. 9. cap. 4. num. 34.*

IV. *Cujus autem fuerit Leges huic Judicio præscribere? (quod secundum Disquisitionis nostræ est membrum, ) distinctim tradendum est: Prima sane Ordinatio non nisi Imperatorem agnoscit Authorem; uti docet inscriptio, ac totus Ordinationis Contextus, FERDINANDUM I. Legislatorem ubique præ se ferens; in primis verba finalia. Und wir behalten uns bevor obgeschriebene Ordnung jederzeit unserm gnädigsten Ansehen/ Willen und Befallen nach/ zu mindern und zu verändern. adde R. H. D. Matthie in proem. vers. insonderheit/ & R. H. D. Ferdinand. III. in præfat. vers. insonderheit/ utrobique in verb. auch ins künfftig mit einer vermehrten Instruction versehen.*

V. *Secundam MATTHIAS se conscripsisse profitetur in eisdem Proemio mit zeitlicher guter Vorbetrachtung/ gehabtem Rath/ und Gutachten/ seiner lieben Neven/ Oheimen und Churfürsten, sub fin. tamen ejusdem, sibi soli eam mutandi facultatem reservans, hisce verbis. Und Wir behalten uns bevor/ obgeschriebene Ordnung jederzeit unserm gnädigsten Nachdenken/ Willen und Wolgefallen nach/ zu vermindern/ zu vermehren und zu verändern. Priori formulâ haud dubiè Capitulationis suæ articulo 41. satisfactorius, ubi primus promiserat; Benandten unserm Hoff-Rath wollen Wir auch gewisse Ordnung und Instruction verfassen/ die alte revidiren/ und bey nächster Versammlung den gesampften Churfürsten zu Ihrem Gutachten übergeben. & quæ paulò post plura notanter admodum sequuntur. Quæ etiam in Capitul. Ferd. II. art. 40. & Ferd. III. art. 44. eodem ferè tenore repetita leguntur. Adde den Pragischen Friedensschluß/ de anno 1635. S. den Kaiserlichen Reichs Hoff-Rath betreffend 26. & quæ Limnæus ad dict. art. 41. Capitul. Matthie verb. zu Ihrem Gutachten übergeben/ annotat.*

VI. *Interim Status Correspondentes Norimbergæ anno 1615. congregati in observationibus ac monitis suis ad dictam Matthiæ Ordinationem, in formulâ quidem priori, post verb. Churfürsten/ posuere,*

posuere, und anderer Ständ. in finali autem post verb. und Wir /  
 inferi voluere. sampt Churfürsten / Fürsten und Ständen. Ac in  
 Diætâ Ratisponensi Anno 1641. non solum Electores sed & reliqui  
 Status, in quibus articulis reformatione ac emendatione Consi-  
 lium Aulicum opus habere censerent, scripto quodam, à Limn.  
 Tom. I. Addit. lib. 9. cap. 4. pag. 446. exhibito, mentem suam Imperatori  
 aperuere. Qui in subsequuto postea Recessu Imperii ejusdem anni,  
 non solum §. Wiewol Wir dann. 90. hæc Electorum Statuumq<sup>3</sup> monita in  
 compositione Ordinationis Aulicæ observatum iri promisit, sed  
 & §. über dieses 92. sibi cum Electoribus, Principibus, ac Statibus  
 convenisse declaravit, daß die Reichs-Hofraths Ordnung auff seine  
 Genehmhaltung / dem künfftigen Deputations-Abschied einverleibe  
 werden / und gleich einem gemeinen Reichs-Schluß Krafft / Wir-  
 ckung und vim legis haben soll. Quibus omnibus tempore Tractatum  
 Monasterio-Osnabrugensium iterum in consultationem vocatis, tan-  
 dem illa quæ in Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico, artic. 5. §.  
 20. de Consiliariis A.C. Processu, ac Visitatione Judicii hujus habentur, ad  
 petita & instantiam omnium Imperii Statuum ita disposita fuisse,  
 dubio vacat. Et hinc est, quod Ferdin. IV. in Capitul. artic. 43.  
 promisit. dem Reichs-Hofrath gewisse Ordnung und Instruction,  
 nach Inhalt des Münster- und Osnabrugischen Frieden-Schlusses /  
 zu verfassen und vorzuschreiben.

VII. In Tertiâ FERDINANDI III. Ordinatione ad formulas  
 tempore Ferdinand. I. obtinentes reditum fuisse apparet, cum  
 non solum ejusdem compositio in fin. proæm. vers. und haben Wir  
 Cæsari attribuat; Sed & eandem pro lubitu mutandi, facultas  
 eidem soli reservetur. Tit. 7. §. und hierauff 15. & §. Und Wir halten  
 uns bevor fin. Quæ Statuum quorundam hac de re fuerint tum  
 petita, tum protestationes, ac qualis Imperatoria subsequuta fue-  
 rit resolutio, exponunt. Limn. Tom. II. Addit. 9. 4. in fin. & Autor der  
 Grundfeste; part. 3. cap. 5. §. es hat zwar.

VIII. Interim Electores Sacratissimum LEOPOLDUM  
 Capitul. art. 41. ad eandem observandam adstringunt, additâ ta-  
 men exceptione, Es sey dann daß bey künfftigem Reichstag ein anders  
 verordnet werde: quod in præsentî Diætâ fieri debere, innuunt  
 Statuum monita communia ad Capitulat. Leopold. art. 41. Anno 1658.

ac in

ac in hisce Comitiiis an. 1664. ad futuram perpetuam Capitulat. exhibita; ubi petunt, daß die Reichs-Hoffraths Ordnung auff gehaltenen Rath mit Churfürsten/Fürsten und Ständen/ und nach derselben Gutbefindung und Einwilligung zuverfassen. Eamque vocari volunt, Eine zwischen Ihro Kaiserlichen Majestät und Churfürsten und Ständen verglichene Ordnung.

IX. Haftenus de *Legibus* Judiciio Aulico *propriis*. *Communes* sunt. I. *Ordinatio Cameralis*, quo nomine illa *vel' ἐξοχλὴ* venit, quæ in Comitiiis Augustanis Anno 1555. à Ferdinando I. promulgata, vulgato Recessum Codice continetur. De *Concepto* autem *renovata Ordinationis Cameralis*, vide quid disponat R. A. de ann. 1654. §. das Anno 1613. begriffene 134. II. *Aurea Bulla* Caroli IV. III. *Capitulationes Casareae*, continuâ haftenus serie à Carolo V. ad hæc usque tempora variis subinde additis deductæ: Adde Capitul. Ferdin. II. art. 42. Ferdinand. III. art. 51. Ferdin. IV. art. 48. & Leopold. art. 47. IV. *Pax tam Profana* à Maximiliano I. sancita, ac subsequenter Imperatoribus variè aucta ac repetita, quàm *Religiosa*, Transactionem An. 1552. Passavii initam, an. 1555. secuta, in diversis Imperii Comitiiis postea renovata, ac in Pacificatione Osnabrugensi art. V. & VII. noviter declarata & extensa. V. *Recessus Imperii tam Comitiorum universalium, quàm particularium* Deputatorum. VI. *Instrumentum Pacis Casareo-Suecicum, & Casareo-Gallicum*, quò pertinet etiam *arctior exequendi modus, & Recessus Executionis Norimbergensis*. VII. *Statuum, Territoriorum, Judiciorumq;* rectè allegata & probata *Privilegia, Consuetudines & Statuta*: & hisce deficientibus VIII. *Jura Casarea Communia* Seculo XV. expresso Cæsaris Statuumque consensu in fora Germaniæ recepta. vide R. H. D. Tit. I. §. und weisen 16. vers. so dann zuserst. Tit. II. §. Wir befehlen auch 2. §. und zu desto 3. Tit. V. §. 1. sub fin. & Tit. VII. sub Rubr. *Juramentum des Reichs Hoffraths*. & §. so sollen auch 21. cui adde Instrum. Pac. art. XVII. §. pro majori. 2. & instar omnium Capitul. Ferdinan. IV. art. 2. 3. 15. & 38. & Leopold. art. 2. 3. 18. & 38.

CAP. IV.

*De Personis Iudicii Aulici.*

I. **P**ersonæ Iudicii hujus sunt vel *Judicantes*, vel *Litigantes*, vel tam *Judicantibus* quàm *Litigantibus* in expediendis *Cancellariæ* B  
negotiis

*negotiiis inservientes.* Supremum Caput & Judex est *solus Imperator.* R. H. D. Tit. I. §. 1. ibi: dessen Obristes Haupt und Richter Wir allein/und ein ieder Römischer Kaiser selbst ist. Præsides & Consiliariis *ab eodem solo* ad illustre hocce munus constitutis. vide R. H. D. Ferdin. I. §. so haben Wir; Matthiæ *in procem.* §. also und aus obgehörten. Ferdin. III. *in procem.* §. also 2. adde Instrum. Pac. art. V. §. 20. *vers. ac proinde, & Capitul. Cæsareas à Matthiâ usq; ad Leopold. artic. ubi de Consiliariis à Cæsare adsciscendis, agitur. Eidemque soli, sacro jura-* menti vinculo adstrictis; R. H. D. Tit. I. §. und weilen dann. 16. & Tit. VII. *sub Rubric. Juramentum des Reichs, Hoff-Raths.* cui adde *dict. Tit. I. §. hergegen. 18. & §. dergleichen 20.*

II. Illustrissimo autem *Præsidis* munere fungitur, ex Principum Imperii, Comitum aut Baronum Ordine aliquis, R. H. D. Tit. I. §. I. Capitul. *Inviçtifs.* Leopold. art. 40. *in fin.* aut eo non præsentem, *Vice Præsides*, vel si & hic absit, *proximus* in Nobilium Ordine *Consiliarius dict. Tit. I. §.* da aber solcher. 6. Supremus hic Consilii Director est, das nachgesetzte Haupt / summum in Senatu occupans locum, vota colligens, secundum majora concludens, & ne quid juribus ac auctoritati Judicii hujus decedat, sollicitè cavens; *dict. Tit. I. §. in solchem soll. 5.* qui tamen si principali dignitate non coruscet, Principi Imperii ab Imperatore in Comitibus ad Præsidis officium adhibito, superiorem locum, votorum collectionem, & ex majore votorum numero decernendi potestatem relinquit. *dict. Tit. I. §. Jedoch ist. 7. adde R. H. D. Ferdin. I. §. Doch ist unser Will. & seqq. Matthiæ. Tit. I. §. Jedoch ist unser Vorbehalt/ & ibi monita Correspond.*

III. Succedunt splendidissimi *Consilarii*, qui considerantur vel ut *constituendi* vel ut *constituti.* In *constituendis* spectandus I. Numerus, qui ad XVIII. (computato Præside, non autem Vice Cancellario,) negativè videtur determinatus, *dict. Tit. I. §. und dieweil. 2. Anno tamen 1663. die 24. Aprilis supra numerum octodenarium, tres adhuc E-* questris Ordinis ac *actum unum*, in hocce Judicium cooptatos fuisse, alii jam dum annotarunt; II. *Conditio & Qualitates;* Debent autem esse. 1. *Natione* Germani ac in eadem educati. 2. *Patriâ* non tantum ex Cæsareis, sed & aliis Imperii Provinciis oriundi. 3. *Bonis in Imperio sitis*, pro ratione Status eorum, instructi. 4. *Erudi-*

4. *Eruditione & Scientiâ* non solum *Juris*, ut ex *Actis* referre idonei sint, sed & negotiorum publicorum ac *Comitalium*, nec non *Linguarum*, quarum *Populi* fortiuntur in *Aulâ Cæsareâ* forum, periti. 5. *Dignitate*, partim ex *Equestri*, *Principum*, *Comitum*, atque *Nobilium* *Statu*, partim ex *Erudito* *literatorum*, (sive *Doctoratus* vel *Licentiæ* gradu insigniti sint, sive minus,) ordine selecti. 6. Denique, *Religione*, ex *Catholicis*, & *sex Augustanæ* *Confessione* addictis mixti, ut si *inter Catholicos & Evangelicos Status*, vel utroque tam *actore* quam *reo*, vel *reo* saltem *immediate Imperio* *subjecto*, comprehensâ *immediatâ Imperii Nobilitate*, lis versetur; vel si *inter mediatos* alterutri *Religioni* addictos *controversia* intercedat, sive *actores*, sive *rei*, sive *intervenientes* illi fuerint, utriusque *Religionis Consilarii*, *priori in casu ex officio*, *posteriori ad instantiam & petita partium*, æquali numero selecti, causas definire ac examinare possint. de quibus omnibus vide *Instrum. Pac. dict. art. V. §. 20.* & *R. H. D. Tit. I. §. 1. §. Wir wollen auch. 3. §. alle diese achzehen. 4. & Tit. V. §. Da über den Verstand. 22.* adde *Capitul. MATTHIÆ. art. 40. FERDIN. II. art. 39. FERDIN. III. art. 43. FERDIN. IV. art. 41. & LEOPOLD. art. 41. III. Examen*, quod, nisi antea *industriam suam* gestis apud *Electores* vel *alios Imperii Ordines* magnis muneribus probârunt, subire, ac ex *Actis* in quibus *Definitivè* conclusum, *suo Marte*, quod sanctè promittunt, referre tenentur. *dict. Tit. I. §. alle diese 4. sub fin. IV. Introductio in Senatum*, quæ fit à *supremo Aulæ Magistro. dict. Tit. I. §. Da auch 8.* quam post præstationem consueti *jurisjurandi der Reichs Hoff Raths Pflicht* / sequitur *V. Assignatio Sessionis*, auf den *Ritterbanck* / si receptus sit *Equestri Ordinis*, sin *Literati*, auf der *Gelehrten Banck* / ordine, juxta *conditionem ac tempus* receptionis, à *Domino Præside* expedienda *dict. §. da auch 8. junct. §. die Session. 10. & Capitul. LEOPOLD. art. 40. vers. So dann verfügen.*

IV. In *Constitutis*, considerandum I. illorum *Officium* tum *in genere*, tum *in specie*. In genere continetur *Juramento* illorum. *Tit. VII. sub rubr. Juramentum des Reichs Hoff Raths* / & passim, præsertim. *Tit. I. §. Und weiten dann 16. & Tit. V. §. es sollen auch 24. & §. in Summa. 25.* Breviter illud eò redire videtur, ut erga *Cæsarem fidelitati*, erga *Præsidem observantia*, erga *Collegas humanitati ac*

*modestia*, erga Litigantes *justitia*, erga omnes *taciturnitati*, in omnibus denique *honestæ vite*, virtutibus tantis viris propriis, studeant. In specie spectatum versatur vel circa *frequentationem Senatus*, vel circa *expeditionem* tam *Supplicationum* quam *Actorum*, de quo infra cap. 7. in materiâ *de processu* paucula dicendi locus erit. II. *Salarium*, quod ab Imperatore partim *ex propriis* partim *Imperii Proventibus* solvi liquidum est ex *art. 41. Capitul. LEOPOLD.* ubi promisit Cæsar, den würcklichen Reichs-Haff-Rath / so wol aus der Hoff-Cammer / als denen bey dem Reich eingehenden Mitteln / vor allen andern Ausgaben zu besolden. III. *Dignitas*, quæ maxima est, primarium inter *Consiliarios Cæsareos*, exceptis solum secretioribus, tribuens locum *d. Tit. I. §.* so ist auch *9. Capit. Leopold. art. 41.* IV. *Immunitas*, (*reliquis quoque Judicii Aulici personis communis*), quâ à muneribus personalibus, & omni alienâ Jurisdictione, ut & à decimâ emigrationis, cum domesticis suis liberis ac viduis, modo ne cauponam vel mercaturam exerceant, eximuntur. vide *dict. Tit. I. §.* so ist auch *9. cui additur* in *Capitul. LEOPOLD. art. 41.* daß Sie auch wegen der Zöll / Steuer / und anderer beschwehrten Befreyung des Reichs Cammergerichts Assessorn gleich gehalten werden sollen. V. *Denique Præsidi & Consiliariis Aulicis, maritatis* quidem octo, illis autem qui *cœlibes* vivunt, *sex septimanarum* permittitur *Vacantia*; ultra quam absque veniâ emanentibus, Cæsar vel defalcationem *Salarium*, vel exautorationem minatur. *dict. Tit. I. §.* Und weil dannoch *21. & §.* da aber einer. *22.*

V. *Litigantes* vel agunt *nomine Fisci*, ut *Fiscalis*, nemini tamen litem movens, nisi cum duobus à Domino Præsidi *Deputatis Assessoribus*, qui ipsi *Consiliis* adsunt, votis tamen in hujusmodi causis penitus abstinentes. *R. H. D. Tit. 6. §.* damit auch *6. aut aliorum Imperio* vel *immediatè* vel *mediatè subditorum*. Hi sunt vel *Ordinarii*, numero à 24. ad 30. postquam supplicatione pro obtinendâ *procuraturâ* exhibitâ, ac speciali ab Imperatore, si ex provinciis ipsius hæreditariis oriundi sunt, impetratâ veniâ, per *Examen* duorum *Deputatorum Consiliariorum*, de eorum *legitimâ nativitate*, *patriâ*, *bonis moribus*, ac *studiis* constat, juramento in pleno *Confessu* præstito, solenniter in numerum *Agentium* recepti; vel *Extra Ordinarii Residentes*, qui *Regum & Electorum*, &

*Agentes*

*Agentes* qui Principum aliorumque Statuum causas & negotia curantes, iisdem quibus Ordinarii (excepto solum Examine) adstricti vivunt Legibus, quæ extant *Tit. VII. der R. H. D.* cui etiam subjectum legitur Juramentum Advocatorum & Procuratorum.

VI. *Cancellaria* operam locant. I. *Vice-Cancellarius*, simul Consilarii Aulici munere fungens, Capit. LEOPOLD. art. 41. *R. H. D. Tit. III. §. 1.* II. *Duo Secretarii*, unus qui Latinâ, alter qui Germanicâ Linguâ expedire solet negotia. *R. H. D. Tit. VI. §. 1.* III. *Protonotarius & Registrator*, quorum Officium ad Curam Protocolorum & Actorum præcipuè pertinet. *R. H. D. Tit. III. §. wann auch 19. & §. es sollen auch 21. Tit. IV. §. so oft aber 4. §. ebenfalls 6. & Tit. VI. passim.* IV. *Taxator.* V. *Scribe.* Circa quos omnes Electoris Moguntini, ob *Archi-Cancellariatum Germaniæ*, sedi Moguntinæ proprium, liberrima est dispositio; vid. Capit. FERDIN. IV. art. 40. Capit. LEOPOLD. art. 40. adde *R. H. D. MATTHIÆ Tit. V. §. 1. & FERDIN. III. Tit. VI. §.* so sollen auch 12. De Janitore seu Ministro Consilii, vide *R. H. D. Tit. I. §. mit dem Thürhüter. fm.*

CAP. V.

*De Jurisdictione Iudicii Aulico-Cæsarei  
in genere.*

I. **U**bi duo disquirenda. 1. à quo? 2. qualis concessa fuerit? Primum quod attinet, Consilium Aulicum, soli Cæsari suam debet Jurisdictionem; Fixum namque *juxta solidissimam Philosophiam Lampadii de R. G. lib. 3. cap. 16. num. 1.* est sciendi principium, omnia imperandi Jura soli Imperatori competere, quæ Electores per Capitulationem sibi aut Statibus non fecerunt communia, aut si qua Cæsar in Decretis Imperii sponte non remisit, quæ inter cum reddendi juris potestas non sit, in proclivi est, supremam Jurisdictionem esse adhuc Imperatoriæ Majestatis, ab eâque in subordinata Judicia derivari.

II. In secundo membro qualis concessa sit? videndum primo. *An sit ordinaria seu propria, an delegata seu mandata?* quæstionem intricavit, vocum harum, aliter *Philosophia Civilis Scriptoribus*, aliter

*Juris* usurpatarum, varia ac discrepans acceptio. Illis Jurisdictione in omni Civitate soli Majestati & semper propria est, adeoque ordinaria; Magistratum verò & eorum Judicum potestas, quibus aliunde demandata est Jurisdictione, delegata, fiduciaria, ac dependens. Vide Magnificum Dn. Bœclerum Patronum atq; Praeceptorem nostrum colendissimum in Dissertat. Acad. de Iudiciis. Hic contra Ordinaria sive propria, quae Iure Magistratus, sive vi muneris publicè delati competit l. more 5. D. de Jurisd. mandata autem seu delegata, quae beneficio & concessione mandantis Magistratus exercetur, d. l. 5. & l. solet. 16. D. de Jurisd. l. 1. §. 1. D. de Offic. ejus cui mandat. est Jurisd. Priori itaq; sensu, cum ab Imperatore dependeat, dubio procul delegata erit; posteriori autem, nomen propriae vel ordinariae vix ipsi denegare licebit, cum non à magistratu quodam, summae potestatis instrumento, sed ab ipsâ Imperatoriâ Majestate fuerit profecta.

III. Secundò dispiciendum an sit concurrens cum Camerali Jurisdictione? de quo licet olim non solum in Cathedrâ Academicâ, sed & in ipsis Imperii Conventibus, scriptis publico nomine in lucem emissis, graviter fuerit disceptatum; Hodie tamen tanto non videtur opus esse apparatu; cum affirmativam suadeant. 1. expressus textus in R. H. D. Tit. 2. §. So wollen wir auch 8. ibi in denen Fällen darinnen wir und unsere Vorfahren am Reich unserm Cammergericht concurrentem Jurisdictionem, zu mehrerer Beförderung der Partheyen und unserer Übertragung mitgetheilet haben. 2. Instrum. Pac. Cæsareo-Suecic. art. 5. §. 20. vers. quoad processum; ubi Ordinationem Camerae quoad processum in Judicio Aulico per omnia observandam esse disponitur: si per omnia? ergo etiam in decernendi processus ratione, in quâ concurrentiam consistere certum est; adde ejusdem Instrum. Pac. Art. III. §. quemadmodum 2. Art. X. §. 5. vers. è contra. Accedente 3. continuâ, non interruptâ, ac extra omnem contradictionem positâ, hujus temporis observantiâ; quâ assertum hoc, de concurrente Judicii Aulici cum Camera Jurisdictione, dubio planè carere, acerrimus Judicii-Aulici oppugnator. Hippol. à Lapide de Ration. Stat. Imper. Germ. part. 2. cap. 7. sect. 5. nolens volens fateri fuit coactus. Quae tamen omnia non crude intellecta volumus, sed pro diversitate negotiorum, vel Camerae Imperiali Communium, vel Judicio Aulico Reservatorum. sit ergò.

CAP.

CAP. VI.

*De Iurisdictione Iudicii Aulici in specie, respectu negotiorum tam Camera Imperiali Communium, quam sibi Reservatorum.*

I. **N**egotia Camera sunt Communia, vel in primâ simplicis querelæ, vel in secundâ, appellationis nempe, instantiâ; In primâ respectu tam Personarum quam Causarum. Personarum ratione habitâ conveniuntur hîc immediatè Imperio subiecti, sive sint Ecclesiastici sive Seculares, sive Status dignitate coruscant, sive immediati obsequii gloria citra Status dignitatem, ipsis relicta sit; nisi vel publicâ Imperii Lege, vel privatâ conventionem constitutos habeant Iudices vel Imperatoris Privilegio, aut alio legitimo modo Iudicio hoc sint exempti: Ad hæc enim accuratè observanda Iudicium Aulicum adstringi docet Instrum. Pac. Cæsar. Suevic. art. 5. §. 20. vers. cetera in Aulico R. A. de Anno 1654. §. Was dann Chur-Fürsten und Stände 168. R. H. D. Tit. 2. §. Wir befehlen auch 2. adde Roding. Pandect. Cameral. Lib. 1. Tit. 4. Blum. de Process. Cameral. Tit. 26.

II. *Causas* dividunt in *Facta & Res*. Quæ in *facto* consistunt, ita comparata esse volunt, ut vel simpliciter citra respectum immediate subiectionis tam ad Camera, quam Iudicium, Aulicum devolvantur, idque vel per se, quo referunt 1. Causas fractæ pacis Religiosæ, quæ tamen an in Iudicio Aulico ventilari potuerint? anceps olim ac magno fervore in utramque partem agitata fuit quæstio, hodie tamen aperte decisa in Instrum. Pacis sæpè allegato art. V. §. 20 vers. visitatio, ibi. aut in dijudicandis causis Ecclesiasticis & Politicis. junct. R. H. D. Tit. II. §. 1. & §. So wollen wir auch 8. 2. Causas fractæ pacis profanæ. 3. Causas fiscales. 4. Causas violati privilegii Cæsarei. Vel ratione Adjunctis, sive Continentiæ causæ. Aut ut immediatè quoq; subiectionis habeatur ratio, idque vel respectu tam Rei quam Actoris ut causæ 1. Litigiosæ possessionis. 2. Pignorationum, 3. Arrestorum. vel respectu Rei tantum, ut Causæ 1. Legis Diffamari. 2. Denegatæ vel protractæ

ctæ Justitiæ. 3. Relaxationis Juramenti ad effectum agendi, & 4. Mandatorum cum vel sine clausulâ.

III. *Res dispendunt, quod concernant vel Bona, eaque tam Ecclesiastica, si controversia circa illorum possessionem versetur; quam secularia Feudalia, regalem dignitatem annexam non habentia; vel Actus quosdam Iudiciales, ut 1. Commissiones, ad perpetuam rei memoriam, præcipuè vel ad testes examinandos, vel ad documenta transfumenda. 2. Executiones quarundam sententiarum. 3. Dationes & confirmationes Tutorum. 4. Confirmationes Contractuum. 5. Adoptiones & Emancipationes.*

IV. *In secundâ Instantiâ, huc pertinent Cause appellationum modo appellatio 1. fiat gradatim, iudice intermedio, si quis est, non præterito, 2. Summa sit appellabilis, quæ secundum Recessum Imperii novissimum §. Viertens soll 112. est 400. Thalerorum, nisi vel privilegia majorem summam definiant, vel Judex inferior privilegio de non appellando gaudeat. Quæ accurate in Judicio Aulico attendi jubentur in R. H. D. Tit. 2. §. Wir befehlen auch 2. Prolixius hæc omnia tractantur à Rerum Cameralium Scriptoribus, ad quos Benevolum Lectorem remittimus.*

V. *In hisce autem negotiis omnibus (si unicum casum Cameræ proprium in C. B. D. part. 1. Tit. 49. §. 1. R. A. de anno 1654. §. Hingegen aber 141. exceperis,) uti Judicii Aulici cum Camerâ & viceversa, concurrens est Jurisdictio, ita quoque mutua obtrinet præventio, per Litispendentiam, in Judicio, respectu Rei insinuatâ, intuitu autem Actoris decretâ citatione, inducta. Vid. R. H. D. Tit. 2. So wollen wir auch 8. vers. Wann nemlich. Adde Gail. 1. O. 74. num. 17. Mynsing. 4. obs. 26. Menoch. de A. J. Q. Cas. 202. num. 8. non vero causarum in Camerâ pendentium avocatio, quam disertè prohibent Instrum. Pac. Art. 5. §. ult. R. A. de anno 1654. §. Ebenmässig. 166. R. H. D. dict. §. 8. Capitul. FERDIN. IV. art. 43. & LEOPOLD. artic. 42.*

VI. *Et hæc de Causis Cameræ Imperiali communibus. Negotia autem Judicio Aulico specialiter Reservata; duplici sensu accipi posse videntur. vel 1. uti jam antevertimus dicere, respectu Camerae, nec non Austregarum, tam Legalium quam Conventionalium. vel 2. intuitu Electorum ac Ordinum Imperii, idque iterum bifariam, vel respectu*

spectu juris & modi exercendi simul, vel ratione juris tantum, modo exercendi Statibus communicato; quæ duo eò accuratius distinguenda, quo frequentius manifesto ac pernicioso errore hæc vulgò confundi videmus.

VII. Videntur autem hæc Reservata Judicio Aulico negotia, ad duo summa revocari posse capita, ut nempe versentur vel circa *potestatem Judiciariam*, vel *Nomotheticam*: Circa *Judiciariam*, ratione vel *Personarum*, vel *Causarum*: Ratione *Personarum*, vel in *Primâ*, vel in *Secundâ* Instantiâ. In *primâ* Personæ vel *Camerales* vel *Aulicæ*. Illas quod attinet, in *Assessores Camerae*, muneribus vel aliâ ratione corruptos, ex proposito iniquè vel nulliter judicantes, præter Syndicatum Cæsari specialis reservata est animadversio; in *C. B. D. Part. 3. Tit. 53. §. ob sich aber 6. in fin.* Inter *Personas Aulicas* occurrunt 1. *Judicii hujus Præses & Consilarii*. 2. *Personæ Cancellariæ* inservientes. 3. *Advocati*, *Procuratores*, & *Agentes* tam *Ordinarii*, quàm *Extraordinarii*, quos ab omni aliâ Jurisdictione immunes, illustris hujus fori privilegio gaudere certum est ex *R. H. D. Tit. I. §. So ist auch 9. & Tit. 7. §. Wo aber 14. junct. §. Da auch ein Churfürst 7.* In *Secundâ* Instantiâ, à Supremo Aulæ Mareschallo (de cujus jurisdictione, vide Auctorem Description. Status particularis regiminis FERDINANDI II. cap. 8. pag. 76.) libera ad Judicium Aulicum provocatio est, jedoch die Hausgesessene Handelsleuth / und Juden in der Juden Statt zu Wien davon ausgenommen. vide *R. H. D. Tit. II. §. dieweil auch. fin.*

VIII. *Causæ Reservatæ* sunt, vel respectu *Territorii*, vel *Rerum*: Ratione *Territorii*, vel *extra* vel *intra Germaniam*. *Extra Germaniam* occurrunt *Causæ Italicæ*, ubi disquirendum 1. *quid Italia nomine veniat?* Provinciæ ac Terræ Imperio nostro adhuc feudataria, de quibus prolixè Conring. *de Finib. Imperii German. c. 23.* & breviter Limn. *in Annotat. ad Capitul. Matthiæ art. 30. verb. in oder außserhalb dessen gelegen. pag. 565. & seqq. & ad Aur. Bull. c. I. §. II. observ. 6. n. 9. & seqq.* 2. *dispiciendum, an Camera à rerum Italicarum cognitione, constitutione aliquâ expressâ Legali, an verò consuetudine ac observantiâ solum exclusâ sit?* Constitutionem expressam Legalem non haberi, certè mihi non visam esse fateor. Per Seculi tamen de

C

cursum,

cursum, ex Italiâ ad Cameram nullas, sed absque discrimine, tum in primâ simplicis querelæ, tum in secundâ appellationis instantiâ, ad Judicium Aulicum delatas fuisse causas, me haud ita pridem Spiræ, à Viris harum rerum experientissimis audivisse memini. Adde illustrem hac de re locum in *Triplicâ Ferdinandi II. ad Electores de dato 7. August. Anno 1630. quam exhibet Limn. in Mantissâ, ad Capitul. Ferdinand. II. pag. 659. Instrumen. Pac. Cæsareo-Gallic. §. item conventum est 97. & Paurmeist. de Jurisdict. Imp. Roman. lib. 2. cap. 4. n. 73. Intra Germaniam, huc referunt causas à Judicio Rothvivilensi propter denegatam vel protractam Justitiam, nullitatem, Judicis recusationem, vel aliam ob causam (extra appellationem tamen propter R. A. zu Speyer de anno 1570. §. nach dem Uns fürkommen. 71. Capit. LEOPOLD. art. 18.) ad superiorem devolvendas: quod an in praxi observetur nescio, ad amissim certè legalem examinatum ob C. B. D. Part. 2. Tit. 27. non omni carere videtur dubio.*

I X. Succedunt Res, exque vel *Criminales* vel *Civiles*. *Criminales* hic intelligimus *Causas Statuum Imperii*, poenam corporis afflictivam importantes; So Leibes Straff auff sich tragen. per textum satis apertum in R. H. D. Tit. II. §. 1. ibi, und in Summa was nach der unfehlbaren Justitien dirigirt und decidirt werden soll: variis causarum criminalium in Judicio Aulico ventilatarum præjudiciis, veræ interpretationis argumenta satis suppeditantibus: An autem illud, quod in Capitul. FERDIN. III. art. 30. FERDIN. IV. art. 28. LEOPOLD. art. 28. de Consensu Electorum ad proscriptionem Status necessario, dispositum legitur, ad alias quoq; poenas, præter bannum, criminaliter delinquentibus infligendas, extendendum sit: non Cathedræ Academicæ, sed Comitii debitæ quæstionis est.

X. *Civiles* sunt vel *Feudales* vel *Allodiales*; *Feudales* vel concernunt ipsum *Feudum Regalem dignitatem* annexam habens, & sunt omnibus Imperii Principibus communes, de quibus expressi textus, Cæsari illarum cognitionem reservantes, sunt in R. A. zu Wormbs. de anno 1521. sub Tit. Römisch. Kaiserl. Majest. Regiment §. ob auch Sachen vorfielen 7. & in C. B. D. part. 2. tit. 7. quorum ampliationes

*pliationes ac requisita* prolixè ac doctè aliis exposita non describi-  
mus. Sed an hoc competat *Imperatori* absque *Paribus Curia*?  
quæstio est, in quâ enucleandâ multa latent vulgò vel confusa  
vel neglecta; de quibus quærenti mentem nostram in conflictu  
aperiemus. Vel versantur *circa Regale aliquod* & sunt *Electo-  
ribus propria*, ut *Controversia novorum teloniorum*, si *Electorum* aliquis vel  
*Actor* vel *Reus* sit, nonnisi in *Judicio Aulico* disceptandæ; quod  
primùm *Capitul. MATTHIÆ art. 23.* cautum, ac subsequen-  
tium deinde *Imperatorum Capitulationibus art. 22. FERDIN.  
II. art. 25. FERDIN. III. art. 24. FERDIN. IV. & art. 24.* Inviçtissi-  
mi *LEOPOLDI* repetitum legitur.

XI. *Allodiales* versantur vel *circa Personæ dignitatem*, vel *circa  
Res externas*, *Personæ dignitatem* spectant *Controversiæ de Sessionis  
Prærogativâ ac Præcedentiæ Jure*, quarum definitio *Cæsari* re-  
servata est in *R. A. zu Speyer de Anno 1570. §. Damit nun diesen 161.  
& §. den andern aber 162. & R. A. zu Regensburg de anno 1576. §.  
Wann dann III.* qui tamen eam vel *decisionis judicialis*, vel *amicabilis  
compositionis* nomine, ex *prudentiæ & styli Curialis*, quàm maximè ad  
civilitatem compositi, regulis designare, & *ratione modi exercendi*,  
*Consilia Statuum*, eorumque vel *omnium*, vel ex certis *Collegiis  
Deputatorum* desuper requirere solet: *Textus Recessuum* hanc in rem  
allegatos, vide apud *Limn. Tom. 2. Addit. I. P. 4. 9. 103.*

XII. *Res Externæ* versantur vel *circa Privilegia*, vel *Actus Ju-  
diciales*: De *Privilegiorum à Cæsare concessorum substantiâ*, *validi-  
tate ac interpretatione*, si quæstio moveatur, *Imperatorem* solum *Ju-  
dicem* esse certum est. vide *leg. ult. §. cum igitur. 1. vers. si enim. C. de LL.  
l. ex facto 43. in pr. D. de vulgar. & pupill. substitut. l. Neratius 191. in fin. de  
R. I. Actus Judiciales* consistunt vel in *dando Judice Austregali*, *Einen  
unpartheyischen Obman* vide *C. G. D. part. 2. Tit. IV. §. Zum sechsten  
II. vel in Decernendis Commissionibus*, quæ sunt vel *Austregales*, vel *Auli-  
cæ*; De *illis* vide *C. G. D. Part. 2. Tit. 3. Tit. 4. §. Zum Vierten 9. Tit. 5.  
§. 1. vers. oder wo ihm dasselbig. R. H. D. Tit. II. §. dieweilen aber 5.  
Aulicæ* sunt, quæ in *causis ad Judicium Aulicum* iu primâ instan-  
tiâ pertinentibus, aut in quibus *Cæsarea*, ex *Feudali*, aut alio  
titulo, *immediatè fundata* est *Jurisdictio*, decernuntur, ita ut de-  
cisione

cisione principali Aulico Judicio reservatâ, sola tentatio amicæ transactionis vel compositionis, ac examinatio facti, subnexo voto, Commissariis eorumque subdelegatis, vel ex unâ, vel ex utrâque religione, pro diversitate Litigantium pari numero constitutis, permittatur; de quibus vide R. H. D. dict. Tit. II. §. Und weil auch ferner. 6. Adde Decretum RUDOLPHI II. de anno 1596. die 1. Julii, supra allegatum, apud Lehman. de Pac. Religios. lib. 1. cap. 37. pag. 154. R. H. D. MATTHIÆ Tit. II. §. und weil auch ferner / & ibi Monita Correspond. Der Churfürsten und Stände Bedencken vom Reichs-Hoff-Rath anno 1641 in Comitibus übergeben Membr. 2. §. so seind wenigens nicht. 2.

XIII. Et hæc de *Negotiis* Judicio Aulico Reservatis *Dispositiv* spectantibus; restat ut paucula annectamus, de iis quæ circa *voim. Dispositiv* versantur; quo nomine veteres plurima designabant, quæ recentiores vel in varia nomina dispertiti, vel sub *jurisdictionis voluntaria* appellatione sunt complexi, quæ tamen nihil aliud, quàm partes seu Objectum Juris Nomothetici constituunt. Concernunt autem illa, vel *Personas* vel *Res*: in *Personis* vel *Dignitatem* vel *Dispensationem*: *Dignitatem* vel *solam*, ut Jura 1. Principes, Comites, ac Barones creandi. 2. Nobiles, Comites Palatinos, Doctores, Poëtas, Tabelliones, efficiendi. 3. Academias erigendi; vel *cum Re conjunctam*, ut Investitura Feudorum, hoc tamen notabili discrimine, ut Electoralia ac Principalia ipse conferat Imperator; De Comitibus autem, Baronatibus, aliisque feudis inferioribus, vasallos investiat Judicium Aulicum: *Dispensationem* spectant, 1. Legitimitio naturalium & spuriorum. 2. Famæ restitutio. 3. Concessio veniæ ætatis. *Res* considerantur, vel *in genere*, ut Privilegorum concessio, confirmatio, extensio: *in specie*. 1. Jus condendæ Civitatis tribuere. 2. Moratoria per universum Imperium valida, 3. Jus nundinarum & mercatum solennium. 4. Jus Emporii, Stapulæ, Geranii concedere, aliaque plurima, quæ *charta temporis* q<sub>3</sub> angustia hîc recensere prohibemur. Quæ omnia ad Judicium Aulicum pertinere docet R. H. D. Tit. II. §. 1. & Paurmeist. de Jurisdic. Imper. Roman. lib. 2. cap. 6. num. 16. ubi scribit, *Consilio Aulico nostri temporis, non tantum causarum ad Jurisdictionem Casaream pertinentium disceptationem, sed & aliorum ferme omnium negotiorum, ad Regalem*

*Regalem Caesarum non autem totius Imperii potestatem spectantium, deliberationem committi. Et hæc ita ad Judicium Aulicum pertinent, ut Camera in illis nulla sit potestas, nulla jurisdictio, adeoque eidem omnis quoque denegetur concurrentia ac preventio. Imò si tale quid ibidem recipiatur, mandata avocatoria in contrarium decerni posse dubio caret per R. A. de anno 1654. §. Ebenmässig sollen 166. vers. ausserhalb der / adde Capitul. FERDIN. IV. art. 24. in fin. & LEOPOLD. art. 24. in fin.*

CAP. VII.

*De Iudicii Aulico-Cæsarei Processu  
Judiciario.*

I. **I**N quo duo consideranda, 1. *Quæ eundem preparant, 2. quæ processum causæ spectant.* Preparant eundem 1. *Supplicationes*, in quibus spectandum officium 1. *Procuratorum.* 2. *Præsidis* 3. *Assessorum.* Concipiuntur illæ 1. à *Procuratoribus* & *Agentibus* Linguâ latinâ aut germanicâ, (quarum uti in Imperio, ita & in Iudicio Aulico tantum usus est. R. H. D. Tit. III. §. ferner solle 5. & instar omnium Capitulat. FERDINAND. IV. art. 42. & LEOPOLD. art. 43.) vel *pro impetrandis* quibuscunque *privilegiis*, *gratiis*, aut *indultis*; vel *pro extrahendis processibus Judiciariis*, sæpius ut pars *adversa citetur*, nonnunquam ut *mandatum*, vel si factum mandatum non sufficiat *rescriptum* impetretur: quarum illæ Imperii *Vice-Cancellario*, hæc autem *Domino Præsidi* horâ dimidiâ ante dissolutionem *Senatus* per *Ostiarium* exhibentur. R. H. D. Tit. III. §. 1. 2. *Præsidis* autem est 1. easdem recipere, 2. diem quo exhibitæ adscribere, ac 3. inter *Dominos Consiliarios* ad referendum distribuere: dict. Tit. III. §. Wann nun 15. & §. sonsten soll 16. Succedit 3. *Assessorum* munus in eo consistens, ut *supplicationes* accuratè perpendant, & examinent, ac observatis in genere *Statuum Imperii* privilegiis, in specie autem iis quæ tum in *C. B. D. Part. II. Tit. 23.* de *mandatis* cum vel sine clausulâ, tum in *R. A. zu Regensburg de anno 1594. §. Wann aber von gemeiner Interlocutori 93. & §. darunt sehen 94.* de *extrajudicialibus appellationibus* *Subditorum* con-

tra Dominos Territorii disposita leguntur, processus vel decernant vel denegent. R. H. D. Tit. II. §. Wir befehlen auch 2. & §. die weil auch 4.

II. Sequitur II. *Expeditio*, quâ processus per Secretarios concipiuntur; concepti vel Domino Referenti, vel in rebus magni momenti toti Confessui *relegendi* traduntur; *relecti* in Cancellariam ad *describendum*, ab hac ad Registratorem ad *collationandum* uti vocant, inde à Secretario ad Vice-Cancellarium, quorum *uterq;* *subscribit*, demum ad Sacratissimum Imperatorem, ut & ipse *subscriptio* Augustissimi nominis sui robur addat, perferuntur, ac denique sigillo vel *majore* vel *minore* pro negotiorum diversitate appposito, ac solutâ taxâ, *extraduntur*. Vid. R. H. D. Tit. VI. per tot.

III. Proximus hinc locus est III. *Insinuationi* Processuum, quæ vel per Notarium *simplicem*, vel *immatriculatum* & testes, confecto desuper instrumento, una cum processu in termino postea reproduciendo, expeditur.

IV. *Processus Cause* spectatur vel *in genere*, vel *in specie*. In genere sciendum, *Ordinationem Camera Imperialis* quoad processum *judicarium* hîc *servari per omnia*, juxta dispositionem Instrumenti Pacis art. 5. §. 20. *vers. quoad processum*, & R. H. D. Tit. I. §. So wollen wir. §. ubi tamen illud quoad *substantialia* processus, non vero cætera *non necessaria* *Judicii solennia* notabiliter limitatur, hisce verbis, *Hingegen wollen wir Sie an andere unnöthige Gerichts-solennia dadurch dem Hauptwerk und genugsamer Erkundigung der Wahrheit nichts zu oder abgehelt / keines wegs verbunden / sondern vielmehr auff den gemeinen Nutzen und Förderung der heilsamen Justiz gewisen und verpflichtet haben.*

V. In *specie* autem consideranda I. *Actorum distributio*, in quâ videndum 1. *à quo fiat?* à Dno Præside; nulli enim Consiliariorum proprio motu sibi quid expediendum suscipere integrum est. R. H. D. Tit. 3. §. Sonsten soll. 16. & Tit. 4. §. 1. 2. *quomodo?* 1. *Acta equaliter* inter omnes, nullo prorsus excepto, *distribuendo*; 2. *Referenti* si sententia definitiva ferenda sit, *Correferentem adjungendo*. 3. causâ inter Catholicos & A. C. addictos vertente, *Re- & Correferentes ex utrâq;* *religione ad sciendo* R. H. D. Tit. 4. §. Nicht allein 2. 3. *Quo Ordine?* 1. *Causæ,*  
quas

quas peculiari decreto Cæsar jussit præcedere *dict. Tit. 4. §.* Und soll unser Præsident. 7. 2. Quæ moram non patiuntur, vel loca pia aut captivos concernunt, *dict. Tit. 4. §.* Zum andern 8. 3. Quæ pauperes, viduas, ac pupillos spectant *dict. Tit. 4. §.* Und weil zum dritten. 9. 4. Causæ Fiscales *dict. Tit. 4. §.* Nach diesem aber. 10. 5. Privilegiatæ ante non privilegiatas, & 6. Antiquiores & prius conclusæ præ recentioribus *dict. Tit. 4. §.* Hierauff 11.

VI. Sequuntur II. *Relationes* quæ aliæ sunt extra *Judicium*, à Dominis Consiliariis expediendæ 1. secretò *R. H. D. Tit. 4. §.* Da aber 13. 2. diligenter, ac propriâ non alienâ industriâ, *dict. Tit. 4. §.* Es sollen auch. 14. 3. maturè *dict. Tit. 4. §.* So bald nun. 18. 4. ad modum, qui in *R. H. D. Tit. 5. §. 1. 2. & 3.* præscriptus legitur; *aliæ in judicio*, quæ Dno Præside & Consiliariis, quatuor in septimanâ diebus, horis ordinariè matutinis, in loco Palatii Cæsarei consueto convenientibus, unîque tabulæ assidentibus, nec in diversa Collegia distractis, vel *vivâ voce* proponuntur, vel in causis definitivis *in scripto*, una cum supplicationibus, memorialibus, aliisque documentis, ex quibus merita causæ cognoscenda, præleguntur. *R. H. D. Tit. 2. §.* In der Rathstuben. 12. *Tit. 5. §. 1. cui adde Tit. 4. §.* Es sollen auch. 16. & *Tit. 5. §.* Wo dann. 5. & §. Wo auch. 6.

VII. Relationi succedit III. *Votorum*, ad Interrogationem Domini Præsidis, decenti ordine, justâ brevitate, relectis superfluis, facta *depositio* *R. H. D. Tit. 5. §.* Es soll auch. 4. §. Unser Præsident 9. §. Jedoch 10. & §. Welcher aber. 11. Ita ut 1. in *causis Status* sententiam primus dicat aliquis ex *Equestris ordinis* Consiliariis, in *causis* autem *Justitiam spectantibus* præcipuæ sint partes ejus, qui primum in *scamno Eruditorum* occupat locum. *R. H. D. dict. Tit. 5. §.* Demnach dann. 8. Hîc si quæ 2. dubia circa *interpretationem* Constitutionum ac Recessuum Imperii publicorum occurrant, aut in dijudicandis causis *Ecclesiasticis vel Politicis* inter Catholicos & August. Conf. addictos vertentibus, Evangelici omnes in unam sententiam conveniant, Catholicæ Religionis Assessores contrarium defendentibus, etsi Catholicorum plures, Evangelicorum pauciores sint, fictione tamen quadam habentur pares, & res ad Comitata Imperii universalialia decidenda remittitur.

tur. Sin autem duo pluresve Catholici, cum uno aut altero August. Confess. Assessore unam, reliqui vero totidem numero, quamvis religione dispares diversam amplexi fuerint sententiam, ulteriores remissione ad Comitiam cessante, ejus partis majora habentur, cujus vota illâ accessione augentur. Instrumen. Pac. artic. 5. §. 20. *vers. si quæ verò dubia.* & R. H. D. Tit. 5. §. Da über den Verstande 22. Quod si autem 3. vel Referens aut Correferens in facto ex actis definiendo, vel Consiliarii in Jure circa factum statuendo, in diversas abeant partes, rationes dubitandi cum voto Referentis & Correferentis in scriptis latius deducto, per Secretarium notatæ ad Cæsarem deferuntur, qui adhibitis in Consilium Præsidente atque Re- & Correferentibus, desuper deliberare & rem decidere solet, dict. Tit. 5. §. Wo aber die Stimmen. 18. & §. Und demnach es sich dann. 20. Citra hunc respectum 4. in paritate votorum illa sententia prævalet, cui Dominus Præsides accesserit. dict. Tit. 5. §. Da auch unterschiedliche. 16. Illud autem 5. quod in contradictorio Judicio, cum debitâ causæ cognitione, modo solenni judicatum est, nullo modo retractari, vel ab alio judicio, ne ab ipso quidem sanctiori Cæsaris Consilio, in cognitionem trahi potest, vetante id Capitul. FERDIN. III. art. 44. FERDIN. IV. art. 43. LEOPOLD. art. 42. R. H. D. dict. Tit. 5. §. Was auch einmahl. 19. quo ipso tamen Cæsari, an sententia talis absq; tumultu executioni mandari possit, nec ne? in Consilio secretiori ex rationibus Status & utilitatibus Imperii, deliberandi facultatem minimè ademptam arbitramur. Vide Incomparabilem Dn. Bœclerum nunquam sine honoris præfatione mihi nominandam in N. S. R. I. Lib. XIII. Cap. IV.

VIII. Conclusionem excipere debet IV. Sententiarum publicatio, quæ hîc propriè, ut in Camerâ, nulla est, sed Secretarius singulis diebus rubricas causarum, in quibus decreta vel sententias tulit Senatus Aulicus, in schedulâ annotatas Januæ musæi sui affigit, unde Procuratores memores sui officii describi, ex Cancellariâ formâ probante sibi extradi, partique adversæ insinuari curant.

IX. Devenitur nonnunquam V. ad Supplicationis beneficium, per

per quod, si pars aliqua, *Sententiâ* hoc in *Judicio lata* se gravatam sentiat, licitum est ad *Cæsaream Majestatem* supplicare, ut acta *judicialia* denuò, adhibitis aliis gravitate negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utràque religione æquali numero *Consiliariis*, & qui concipiendæ vel ferendæ priori sententiæ non interfuerunt, aut certè *Referentium* & *Correferentium* partes non sustinuêrunt, revideantur; expressè ita disponente *Instrum. Pac. dict. art. 5. §. 20. vers. quoad Processum. & R. H. D. dict. Tit. 5. §. Dafern sich num. 7.* cui supplicationi *effectus suspensivus* tribuendus esse videtur 1. propter expressos textus in *Instrum. Pac. dict. vers. quoad processum. ibi. ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur*, & in *R. H. D. dict. §. 7. verbis Damit den Partheyen am Kayserlichen Hoffgericht das remedium suspensivum nicht benommen werde.* quod 2. confirmat *Capitul. FERDIN. IV. art. 43. & LEOPOLD. art. 42.* ubi causarum in *Judicio Aulico* decisarum executionem impediri non debere traditur, es seye dann durch den ordentlichen Weeg deren in offtermeldtem Friedensschluß beliebter *Revision*.

X. Quod si supplicatio non interponatur, vel supplicans iterum succumbat, tandem VI. sequitur *Executio*, in quâ *primò* *Executoriales* ipsi sententiæ secundum *R. A. de Anno 1654. §. Damit auch. 159. annexæ*, junctâ citatione, *ad docendum de paritione*, vel *videndum se declarari in pœnam executorialibus insertam*, præmittuntur; quibus si non pareatur, *paritoria* regulariter tres, rarò quatuor, crescente verò contumaciâ vel *arctiores Executoriales* sub comminatione dupli & realis executionis, vel contra non parentem, *in primâ instantiâ*, *Commissio ad exequendum* ad Principes Circuli Directores, vel etiam ad *domicilii Judicem* tam ad exequendam pœnam quàm causam principalem: *In secundâ* autem, *mandatum executoriale* ad Territorii Dominum; decernuntur.

CAP. VIII.

*De Visitatione Judicii Aulici.*

- I. **V**isitatio Judicii hujus curæ Electoris Moguntini commissa, toties quoties opus fuerit, *observatis tamen iis quæ in proximis*

*ximis Comitibus, de communi Statuum placito observanda esse videbuntur, uti habent verba Instrum. Pac. saepe allegato §. 20. vers. Visitatio. adde R. S. D. Tit. 7. §. So viel aber fin. & Capitul. LEOPOLD. art. 42. Quid vero olim vel legaliter hac de re statutum, vel à Statibus monitis propositis desideratum fuerit, videre licet in Capitul. MATTHIÆ. artic. 41. FERDINAND. II. artic. 40. FERDINAND. III. art. 44. R. S. D. MATTHIÆ Tit. 5. §. 1. & ibi annotat. Correspondent. Resolut. Cæsar. 15. April. 1637. §. Schließlichen. Et Der Chur-Fürsten bedenecken Anno 1641. auff dem Reichs-Tag zu Regenspurg übergeben/die Reformation des Reichs-Hoff-Raths betreffend/membr. 4. n. 5.*

II. Et hæc pro *instituti ac temporis ad alia vocantis* ratione dicta sufficiant; plura desiderantem remittimus ad *ipsas Ordinationes Aulicas, & Conring. de Judic. Reipubl. German. Limn. de J. P. Lib. 9. cap. 4. Schütz Vol. 2. Jur. Publ. Diss. II. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. Clas. 4. cap. 19. Paurmeist. de J. J. R. lib. 2. cap. 6. Stammeler de Reservat. Imperat. §. 35. & seqq. Textor ad Recessum novissimum Disput. I. thes. 24. & seqq. Besold. & Speidel in Lexicis Juris Publici voce Reichs-Hoff-Rath. & qui specialiter hac de re commentati sunt ut Illustris Dominus Ericus Mauritius, Jctus consummatissimus, modò ad splendidissimum Assessoris Cameræ Imperialis munus præsentatus, Patronus ac Præceptor meus colendissimus, eruditissimâ Dissertatione de Judicio Aulico, quæ habetur in Vol. II. Juris Publici Fritschii. Joh. Andreas Gerhard, in Discursibus de Judicio Aulico & Camerali, in quibus inter se conveniant vel discrepent. Johann. Theodorus Sprenger. in Consonantiis & Differentiis Juris Cæsareo-Aulici & Spirensi-Cameralis. Quos ideò summatim hîc allegare ac laudare volumus, ne præter tædia crebræ citationis, illorum autoritates potius quàm rationes sequi, vel si à quibusdam veritatis studium nos dissentire coëgit, aliorum errores vellicando gloriolam captare voluisse, videremur. Interim si quid hîc Sacratissimi Imperatoris Majestati, si quid Serenissimorum Imperii Procerum ac Statuum Libertati, si quid denique ulli veritati contrarium à me dictum est, id nec dictum esto.*

S. D. G.



*Nobiliss.º & Præcellenti*  
**Domino Candidato,**  
*de*  
*Summo Iudicio Casareo-Aulico*  
*inauguraliter Disputanti.*

**E**Rgò age rumpe moras! Patriis assuescere curis  
*Scheffere* mi nunc incipe;  
Et duce vade DEO, bona fors comitabitur, atq;  
sedes quietas offeret.

*Amicitia causâ*  
*gratulab. f.*

Gerardus von Stöcken U. J. D.  
& Instit. Imperial, P.P.

---

**M**onsieur, allez querir les lauriers, la couronne,  
Qu'un sage, qu'un sçavant par la vertu moissonne:  
Vous sçavez bien le droict Civil, & les Canons,  
Prenez donc maintenant les agreables dons,  
Lesquels Vous sont offerts, Vous les pouvez bien prendre,  
Car, qui merite tout, a droict de tout pretendre.  
DIEU Vous favorise, & Vous fasse avec le temps  
Vn fameux Conseiller de quelque Parlement.

P. G. E. P.

QK 72 3476

§(\*)\*§

**I**N orbe non est, solvere  
cui debitum vellem magis  
nunc, quam *Tibi Scheffere*, nisi  
mihi minus propitia Dea  
foret Minerva; nam Favor  
Amorque, quibus es à teneris  
complexus usque me Tuum  
servum, nimis id ita exigunt.  
Scio tamen boni quoque  
hoc consules votum. Precor  
ergò, *TE*, ut ad fastigium  
quo dignus es, **DEUS** vehat.

*Hæc Favori Clariss. Dn. Candidati  
debebat*

Johannes Rodach  
Campidonensis.





n  
A  
tr  
&  
v  
v  
ja  
ji  
tr  
n  
n  
c  
to  
li  
e  
ro  
ri  
n  
in  
a

